









1746.

1. Bauer, Joannes Godofredus, fac. jur. promuncel-
larius: Programma, quo in aliquo jure ho-
noris . . . Friderico Augusto Fructo . . . tri-
buenta indicit.
2. Bauerus, Joan. Godofredus: De origine et progressu
in communis Saxonicum manus.
3. Bauerus, Joan. Godofredus: De communis Saxonicum
manu ob neglectam renovationem amissa.
4. Bauerus, Joan. Godofredus: De indole et na-
tura investiturae feudalis.
5. Bauerus, Joan. Godofredus: De forma ac defini-
tione communis Saxonicum manus.
- 6^{act} = Questi, Fr. Augustus: De fide historica recte
restituenda. 2 Sampl.

1786.

7. Gossched; Th. Christ: „ De varioribus novellis
bibliothecae Paulinae codicibus ³ singulis et
anecdotalibus orationibus, quibus memoriae Hen-
ricianam, Sufferlianam atque Ridelianam
... recolent, insertat.
8. Fruias, Fridericus Augustus: De sorte remedio
subdudicio causas Tabies dirimendi.
9. Haestner, Abraham: „ De debito principalari ⁴ singulis
collegii aestivo intimat.
10. Haestner, Abraham: „ Quousque bono vivere
praesumatur? ² ³ singulis collegii hyberna intimat.
11. Haestner, Abraham: De crimine capitali hunc
di Tatis
12. Haestner, Abraham: De reservationibus men-
Tabies
13. Vnenthal, Frider. Alexander, fac. jur. procancelarius
Programma, quo solemniter inauguratur Benjamin.

Magistri Fisdensei Auctoris indicit.

14. Kuestnerus, Christianus Wilhelmus: De legatis ex testamento, cui clausula codicillaris inest, deservit, non praestantibus.
15. Schylius, Gustavus Henricus: Actuaris peccatus in legem judicariam de compositione amicitiae sententia.
16. Petermannus, Augustus Gottlob: De exercitio juris paternales reales ad praediorum fructus referendo.
17. Paggius, Antonius Guibellus: De morbis ex mensura hic intempestina.
18. Reichenberg, Carolus Otto: fac. jur. pro cancellariis: Programm, quo solennia in auguralia Transi Godi fredi Jannet indicit.
19. Reichenberg, Carolus Otto: Principium cogitandi iusti et aequi, rerum, evidens, adaequalem ea utilitate.

1746.

20. Richterius, Ioannes Tobias: De mobilibus privatorum rebus inter arma captis et alienatis.
21. Richterius, Ioannes Tobias: De venatione turbata.
22. Rivinius, Ioannes Florens A. S. P. D. (Programma, quo ad Disputationes publicas invitatur).
23. Rivinius, Fr. Florens: De obligatione extincta iterum reviviscente.
24. Sammet, Ioannes Gottfried: De hyperbolo.
25. Thomarius, Traugott: An iuramentum reo de stupro delatum, acceptatum et ad iudicatum a iuratore in supplementum mutari possit, si actrix ante eius praestationem stuprum semiplene proderit?
26. Volckelt, Ioannes Gottlieb: De cura principis circa oblectamenta publica.
27. Zoller, Fridericus Gottlieb: De vita testandi ex statuto Golicensi.

13420.

46.

1746, 9.

DE
DEBITO
PRIMIPILARI

DISSERIT
 SIMVLQVE
 GENEROSIS AC NOBILISSIMIS
 IURIVM CVLTORIBVS
 COLLEGIA SVA
 PER
 SEMESTRE AESTIVM HABENDA

INTIMAT
ABRAHAM KAESTNER
 V. I. D. ET P. P.





ANDREAS ALCIATVS, insignis ICrus, in tractatu, quem de Magistratibus et officiis Rom. inscripsit, mox ab initio querelam instituit, dum scribit: Cum ea munera antiquis ICris cognitissima essent, non existimauerunt operae pretium se facturos, si longo sermone in eorum explicatione commorarentur. At in praesentiarum propter latinarum litterarum diuinam calamitatem, cum ex ICris plena cognitio haberi nequeat, vix quicquam superest, vnde in certiore semitam deducamur, nisi recentiorum coniecturas et vt ipsi vocant, diuinationes pro exploratis rebus accipere velimus.

HAEC, quae ALCIATVS in genere de Magistratibus tradit, in specie ad Primipilum, de quo quaedam conicere animus est, pertinent. Quale enim huius fuerit officium, mirifice etiam inter se interpretes dissentiunt: Hinc CHRISTINAEVS Volum. V. dec. LXXIII. n. 4. p. m. 257. edit. nou. PYRRHVM ANGLEBERMAEVM aliquando dixisse refert: se audiuisse doctissimos viros, negantes, se vnquam intellexisse quis Primipilus hic fuerit, seque a quodam doctissimo Senatore intellexisse, illius dictionem ex Italica militum disciplina esse explicandam.

PRIMIPILVS a LIVIO, VELLEIO, CAESARE, Centurio Primipili dicitur. Vocatur etiam simpliciter: Primipilus, Primopilus vocibus iunctis. Dicitur etiam absolute: Primus centurio. Item ἡγεμὼν τῆς τοῦ λεγεῖστος dux legionis, aliquoties DIONYSIO et στρατοπέδαρχος τῆς τοῦ λεγεῖστος, praefectus legionis: et Primopilatus στρατοπέδαρχος. Ex quibus denominationibus elucet, Primipilum esse caput omnium centurionum.

SVNT, qui Primipilum a Pilo deducunt. Pilum autem maius missile erat, ferro triangulo vnciarum nouem, hastili pedum quinque et semis (nunc spiculum dicitur,) ad cuius ictum praecipue exercebantur milites, quod arte et virtute directum, et scutatos pedites et loricated equites saepe transuerberabat, v. VEGET. de re militari, lib. II. c. 16. p. m. 42. quo loco et minus pilum describit; vt ita primipilus is dicendus, qui in bello ferebat prima pila siue tela, cuius milites primipilares dicebantur, et summo in honore habebantur. Hinc Pili mentionem facit MARTIALIS, canendo:

Sospite me sospes Latias reueberis ad vrbes

Et referes pili praemia clarus eques.

Et OVIDIVS Lib. III. Amor. Eleg. VIII. dixit cum indignatiuncula:

Discite qui sapitis, non haec, quae scimus, inertes;

Sed trepidas acies et fera castra sequi

Proque bono versu primum deducite pilum.

SCILICET antiquissimis temporibus tertiam aciem constituerunt milites, quos Pilanos vocabant, qui in XV ordines locati erant; Quilibet ordo tres partes habebat, quarum vnquamque primum pilum vocabant: Constabat

Constabat ex tribus vexillis; primum *triarios*, secundum *vorarios*, tertium *accensos* ducebat, v. LIVIUS *Lib. VIII. c. 8.* vbi omnia haec prolixius exponuntur. Postea cuilibet legioni et quidem quadringenti *pilani* additi fuisse videntur. v. IVL. CAESAR. *Bell. Gall. Lib. II. c. 25. et Lib. V. c. 8.*

QUAMVIS autem primipilus antiquissimis temporibus caput legionis non fuerit, quod citata loca IULII CAESARIS aperte arguunt, tamen aetate VEGETII tanquam primum centurionem totam legionem gubernasse patescit ex modo nominato VEGETIO, c. l. *Lib. II. c. 8. p. m. 36.* vbi confitetur: *Primipilum* aquilae praefuisse, et tanquam caput legionis, huius merita et commoda consecutum fuisse. Quoniam igitur aquila in Primipili tutela et ei velut adsignata, inde manavit, ut Aquila pro ipso illo munere et Primipilatu vsurparetur a PLINIO *H. N. Lib. XIV. c. l. ibi: Centurionum in manu vitis et opimo praemio tardos ordines ad laetas perducit aquilas. Vitis scil. insigne centurionatus, et ea per tardas promotiones et ascensus perducit ad Primipili Aquilam.* Dicit ad *laetas aquilas*: quia re ipsa illa dignitas ob praemia opima laeta erat, et locupletissimos reddebat. Magnam sane pecuniam definiuit AVGVSTVS Primipilis. Adparet hoc quodammodo ex *L. 23. de adim. vel transf. legat.* vbi ICTVS PAPINIANVS scribit: *Pater, inter filios, facultatibus diuisis, filium ex ratione Primipili commodorum trecentos aureos accipere voluit.* De opimis, quae capiebat, praemiis Primipilus, videri etiam potest IUVENALIS *Satyr. XIV. v. 197.* Commoda enim ipsi dabantur ob recte nauatam operam in administratione primipilari, vel ob victoriam et virtutem in ludis praestitam. v. PEREZ. *ad C. tit. de Primipilo, n. 8.*

VISA sic persona et dignitate Primipili ad illius officium in specie progredior. Variant quidem etiam hic interpretes: Plerique autem tuentur sententiam: *Militarem annonam eidem fuisse commissam.* Hinc CALVINVS (in *Lexic. v. Primipilus*), *Illud, inquit, quoque constitutum legimus, ut ex donatino, quod milites consequerentur, dimidia pars apud signa sequeretur, ipsisque seruaretur militibus, quo interim annona publica sustentati, eorum fieret locupletius castrensē peculium, scientesque fortunarum suarum partem apud signa depositam, de deserendo non facile cogitarent.* Huius aeris militaris cura ad Primipilum pertinebat: simulatque pecuniae publicae et stipendiorum militum, ut ea pro cuiusque meritis, Primipilaris, (quem, cum veteranus miles ad id munus semper eligeretur, verisimile fuit, singulorum militum virtutem perspicue nouisse), distribueret. Pro qua sententia variae ex iure nostro adducuntur leges, v. g. *L. 4. et 27. C. de Episc. et Cler. L. 1. C. de priuill. fisco. L. 23. de adim. vel transf. leg. L. 3. 7. et 8. C. de Cohortal. et adhuc clarius L. 6. Cod. Theod. eod. dum ait: Primipilaribus qui ad pascendos milites solenniter ad limites destinantur; Hancque opinionem communiter etiam Dd. amplectuntur. v. LVCAS DE PENNA, ad C. h. l. PETR.*

BARBOS. P. VII. Lib. I. Solutio matrimonio n. 3. PEREZ. ad. C. b. t. ita ut
vix de hac dubitare liceat.

RECENSITO Primipili officio, iudicatu facile erit quid sit *debitum primipilare*? Nimirum, ut VEGETIVS c. l. c. 8. et 20. docet: *Primipilus* praeter annonam, quam inter milites distribuere, etiam dimidiam stipendiorum partem ipsis apud signiferos asseruabat, nec non donatiua, quae milites accipiebant, aliaque commoda ad eos spectantia. Propter singula haec, ad curam *Primipili* pertinentia fisco in bonis *Primipili* hypotheca tacita competit; si itaque is statim tempore non reddidisset militibus, vel, ut oportebat, non distribuisset, vel aufugisset non redditus rationibus, tunc eius bona fisco Caesaris tenentur. v. L. 4. C. de Episc. et Cler. Sic habes proprie debitum primipilare, est enim debitum ex mala administratione militaris annonae, cui debitor praefectus fuit, descendens. Conf. GODOFR. ad L. 3. C. de primipil.

CIRCA hoc varia singularia occurrunt, quae plerumque ad *quatuor* classes referri solent, et sunt sequentia: *Primipilus scilicet* I.) si quid ex officio, et accuratione annonae primipilaris debet, debitores suos ante tempus definitum ad solutionem compellere potest; ut rescribit imperator DIOCLET. et MAXIM. in L. 1. C. de condict. ex lege. II.) Vxor, quae *Primipilo* nupta fuit, fisco cum dote sua postponitur, v. L. 1. C. de priuil. fisco. Conf. LUDOVIC. Introd. ad Proc. conc. cap. X. §. XXXI. in edit. per Dn. SCHITTIVM cum adnotationibus promulgata, pag. 113. III.) Eius bona pro debito *Primipili* fisco sunt obnoxia. v. L. 4. C. in quib. caus. pign. et denique IV.) liberi *Primipilo* etiam heredes non existentes, quod parens ex rationibus *Primipili* restat, de suo restituere coguntur. v. L. 11. C. de *Primipil.*

VIDENTUR multis haec admodum dura, quod vxor debito primipilari, intuitu dotis, sit postponenda, cum tamen alias doti insignia dederit privilegia Imperator IUSTINIANVS; Item, quod liberi, eo etiam casu, ubi patris heredes non existunt, soluere teneantur, contra iuris notissimi regulam: *ne filius pro patre*. Ratio igitur huius tam rigorosi iuris est maxima Reipublicae utilitas, quam priuatorum contractibus anteferendam esse rescribunt *disti* Imperatores DIOCLETIANVS et MAXIMIANVS, cit. L. 4. C. de condict. ex lege. Quando enim *Primipilus* in erogatione annonae militaris et distributione stipendiorum se non fidelem praestitit, quaedam interuertendo, res bellica, in qua totius Reipublicae salus consistit, periclitatur: Ex inopia enim proditio et fluxa seruitiorum fides ac fortuna belli speranda. v. TACIT. IV. histor. 23. in f. Porro milites annona et stipendiis destituti, in morbos incidunt, deserunt signa et exercitum, sine quo Respublica conseruari nequit. v. CORASIVS V. miscell. 4. Quid? quod proli dolor! saepissime accidit, miserime Prouinciales et rusticos tractant, dum ipsis omnia quae habent, auferunt, et si nihil inueniunt, aedes

aedes ipsorum in cineres redigunt, agros depopulantur, ita ut nec pilum relinquant; Quin etiam peregrinantes plus simplici vice inuadant. Quibus similibusne consideratis, Imperatores, quasi erga uxorem liberosque *Primiti* nimis duri essent, vix ac ne vix quidem accusari poterunt. Nec obstat ratione dotis, quod etiam Reipublicae interfit, dotis mulierum integras seruari, sicque causa dotis quodammodo causa publica dicenda: Responderetur enim: *Vbi utilitas publica principaliter ex una parte, ex altera vero tantum secundario est, praefertur illa:* quia utilitas publica principaliter fauorabilior et potentior est; quam publica secundario. *v. cap. XII. de foro compet. et cap. XXVIII. de iureiur. Conf. CYNVS, ad L. satis notum. 4. C. in quibus causis pign. vel hypoth. tac. contrab.*

AN VERO illa, quae huc vsque de *Primito* adducta sunt, in eo, qui rem militare administrat, *hodie* etiam obtineant? dubitandum non est: Admisso enim iure *Iustiniano*, secundum leges quoque, quas continet, quaeque ad statum modernum applicari possunt, merito iudicandum. Quam sententiam tuentur *ANGELVS, L. 2. C. de iur. fisc. MANTICA, de tacit. et ambig. conuent. lib. II. tit. 18. FONTANELLA, de pact. nupt. tom. II. claus. 7. gloss. 2. Part. III. multique alii.* Ignotum quidem mihi non est dissentire etiam *ICTOS* haud infimi subfelli, quorum rationes hic adducere in illasque inquirere institui ratio non patitur. Pro ea interim, quam adfluxi sententia, indicatum a *supremo Concilio Brabantiae*, in causa heredum Domini *DRINCWAERT*, contra heredes eiusdem viduae, auctor est *CHRISTINAEVVS Vol. IV. dec. CLV. n. 9. p. m. 192. edit. nou.* Ita etiam in stipendiis ab officario bellico non distributis, sed in propriam utilitatem versis, pronunc. *F. I. L. M. April. 1700.* teste *MENCKENIO in theor. et praxi Pandect. pag. 1220.* Huc etiam suo modo referri potest: *Hollandisches Kriegsrecht, art. 19. ibi: Wer Proviand angreift, oder beraubet, soll gefehlet werden; Quo ipso innuitur omni modo militibus annonam conferuandam, et in defraudatores grauem admodum poenam constitutam esse.*

VTVM vero aduersus thesaurarium Principis et alios quosuis administratores pecuniae publicae *Kentz* und *Proviandmeister* idem priuilegium hodie extendi possit? merito nunc quaeritur? Quod omnino ob paritatem rationis adfirmandum. Hinc tale priuilegium *fisco* competere communiter adserunt, et hoc etiam ex alterius cuiuscunque gesti honoris publici vel civilis muneris, si quis ex eo reliquator existat, *BEVTHERVVS lib. I. cap. 58. pr.* extendit wider alle *Proviand-Commis- Schaz- und Kentzmeister.* Id quod in *Constitutione Argentoratensi, Class. II. cap. XXXV.* conceptis verbis confirmatum: *Wo der Schuldner das Proviand-Schaz-Kentz, Zahl- oder Kriegs-Commissarien Amt versehen hätte, daß der fisco, sowohl in seinen, des Schuldners eigenen, als dem Weibe und seinen Kindern respective bey der Ehesteuer, und andern den Kindern eigenthümlich zustehenden Gü-*



cern, ob sie sich des väterlichen Erbes gänzlich enthalten hätten, zu praeferiren. Exemplum Reipublicae Argentoratensis rem nostram egregie confirmans, perhibet IOANNES REGVLVS VILLINGER, in dissertatione sua inaugurali: *de Primipilo*, th. XVI. p. 20. seq. Argent. 1674. hab. Idem etiam factum in *Elcctoratu Hanouerano*, vbi omnes praerogatiuae, quae fisco ex debito primipili competunt, eidem tam ratione administratorum aerarii cohortium, quam eorum, qui pecuniam manipulorum distribuunt, nominatim confirmantur. v. *Corpus Constit. Calenb. P. III. c. 3. n. 17.* Suadet itaque ipsa vtilitas publica, vt hanc doctrinam in iudicando sectemur. Quod singulari industria *speciali dissertatione* persequitur HERTELIVS, *de Primipilatu*, von Commissariat. Amt.

IN MENTEM denique venit quaestio *debito primipilari* admodum affinis: An *scil.* priuilegia, quae in praecedentibus pro *debito primipilari* adduximus, is etiam creditor, cuius pecunia in vtilitatem cohortis *vel* centuriae conuersa est, *orto concursu*, sibi arrogare queat? Adfirmatiua, ante paucos annos, vti mox ex sequentibus adparebit, *ICris Helmstadiensibus* placuit; Quoniam vero intuitu pecuniae ab aliquo *centurioni* creditae, cessat ratio vtilitatis publicae, ob quam tamen praerogatiuae istae fisco conceduntur; hic enim securus esse debet, de administratione aerarii militaris vltierius nullibi traditur, contra debitorem, qui pecuniam sibi creditam, in rem tertii vertit, creditoris ipsius in bonis priuilegium prae aliis creditoribus indulgeri, hinc *ICri Gottingenses* negatiuam amplexi sunt, simulque emendarunt *Helmstadiensium* sententiam. Integrum responsum exhibet TOBIAS IACOB. REINHARDT, in *select. obseruat. ad CHRISTINAEI decisiones*, Vol. V. *decis. CLXXI. obseruat. XVI. pag. 28. seq.* Quem quidem adlegasse sufficere poterat; Cum vero liber in paucorum manibus deprehendatur, iis, qui hoc destituuntur, ingratum non erit, si totum responsum, quo materia *de debito primipilari* maiorem accipit lucem, hic adiciam. Est autem sequens:

In Supplications-Sachen des gemeinschaftlichen Anwalts, weyland Obrist-Lieutenants von B. Creditoren, D. von Zesterfleth, Supplicantens, an einen, wider den Capitain-Lieutenant B. Supplicaten, am andern Theil. Erkennen K. G. B. und Churfürstl. Braunschweig-Lüneburgische zur Justitz Canzley der Herzogthümer Bremen und Verden verordnete wirklicher Geheimber Rath, Regierungs-Räthe, Canzleyen-Director, Geheimder Justitz-Rath und Justitz-Räthe, auf vorgehabten Rath der Rechtsgelehrten, vor Recht:

Dasß die Supplication in formalibus beständig, auch Materialia betreffend, nimmehro aus denen Acten, und deren Parttheyen Einbringen so viel erscheinet: dasß Supplicant mit seiner Forderung, als mit einem *credito primipilari*, loco conuenienti, nicht zu classificiren, noch zu dem Erfüllungszeyde dahin: Dasß er festiglich glaube und dasür halte, dasß die quaestio

tionirten

tionirten 200 Thlr. zu Ankaufung der B. Compagnie-Pferde verwandt worden, zu gestatten, sondern es bey der no. Act. 29. befindlichen Sentenz, von 22. Sept. 1739. lediglich zulassen sey. V. N. W.

Rationes decidendi:

Ob nun wohl Supplicans in denen Gedanken stehet, daß er wenigstens femiplene in denen Actis erwiesen, daß die früttige 200 Thaler zu Ankaufung der B. Compagnie-Pferde verwendet worden, also diese Forderung als einer Compagnie-Schuld und debitum primipilare zu betrachten, welches nicht unter die creditores chirographarios, sondern prioritätlich zu lociren, folglich es lediglich bey nächst vorigen Helmstädtischen Urtheil zu lassen seye, indem es des Herrn Obrist von Webdigs Schreiben sowohl, als deroer Zuegen Aussage, daß er öfters Kleinigkeiten vor die Compagnie bezahlet, welche eigentlich dem Chef der Compagnie auszuliegen gebühret, insonderheit aber die 200 Thlr. zu der Zeit vorgeschossen, da Pferde zur Bülausischen Compagnie angekauft werden sollen, der Obrist-Lieutenant von B. aber dermahlen nicht bey Casse gewesen seye, und testis II. insonderheit ad art. prob. 10. N. act. 17. daraus mit gutem Grunde geschlossen: daß es zu muthmassen seye, daß die 200 Thlr. vorgeliehene Gelder zur Bezahlung der angekauften Recrut-Pferde angewendet worden.

D. a. u. b. Supplicans selbst diese Post, welche er dem Debitori communi vorgeliehen, als eine Compagnie-Schuld, oder zu bezahlende Compagnie-Gelder nicht, sondern nur als ein creditum simplex chirographarium, wovon es auch in der That zu achten, angegeben, hergegen der Umstand, daß dieser Vorschuß von dem Obrist-Lieutenant zu Bezahlung der Compagnie-Pferde mit verwendet worden, wenn derselbe auch gleich vor erwiesen geachtet werden könnte, dennoch das libellirte debitum zum debito primipilari nicht machen kann, indem hierzu erfordert wird, daß das Geld vom Creditore ausdrücklich der Compagnie zu ihrem Nutzen vorgeschossen worden, wovon kein einziger Zeuge ad art. prob. 7. das mindeste zu sagen, sondern so viel zu bezeugen gewußt, daß der Obrist-Lieutenant damahlen, als die Pferde erkaufte werden sollen, nicht bey Casse gewesen, und daher testis 15. ad artic. 10. den Schluß machet: daß er nicht muthmassen, daß solches Geld zu Bezahlung der angekauften Recrut-Pferde vom Herrn Obrist-Lieutenant mit employret worden, welches aber nicht einmahl zu dem halben Beweise dieses zum Haupt-Theme probando hinlänglichen Umstandes auslanget. Dannenhero Supplicans in der That gar nichts, daß seine Schuld-Forderung prioritätlich, und zum debito primipilari zu machen, und er folglich zum Suppletorio credulitatis zu admittiren seye, erwiesen. Als sind wir sententiam a qua zu reformiren, hingegen es bey vorigen Königlichem Justitz, Cansley-Bescheid schlechterdings zu lassen, bewogen worden.

SICUT itaque eiusmodi creditor chirographarius privilegia debiti primi-

VIII

primipilaris sibi vindicare nequit, sic idem *Primipili* privilegium in exactione *des Magazin: Getreides*, non inuenire locum, indicauit *F. I. L. M. Maii* 1712. referente *MENCKENIO* in *Theor. et Pr. Pandect.* pag. 1220. in *fini* ubi tamen dissentire videtur *STRYCK* in *not. ad Lauterb. comp. iuris*, tit. *de rebus auct. iud. poss.* verb. *Primipilaris*, dum scribit: *Hodie huc refertur, was man dem Probianth-Hause oder Magazin schuldig ist. p. m. 901.*

EX HVC VSQVE adductis, facile, vt opinor, adparet, materiam *de debito primipilari* in foro saepe occurrere, ideoque sicco pede illam, vti a nonnullis fieri asolet, praetereundam non esse. Sicut vero in vsum Auditorum, vt haberem, quo me referre possim, haec conieci; Sic inpraesentiarum nihil amplius restat, quam vt adhuc paucissimis collegia, quae in eorum gratiam, per *semestre aestiuum*, DEO vitam sanitateque largiente, habiturus sum, indicem. Sunt autem sequentia:

I) ELABORATORIO-PRACTICVM, methodo diu vsitata, *hora mat. VII-VIII*. Idemque *hora IX-X*. (vtraque enim praxi forensi addiscendae est destinata,) *diebus 2. 3. 4. et 5.* exordiar.

II) LVDOVICI doctrinam PANDECTARVM, *hora VIII. ad IX. singulis diebus*, explicabo.

III) INSTITVTIONALE, in ipsum Institutionum IMPERIALIVM textum, iuncta tamen, quoties opus videtur, *Synopsi Menckeniana*, de nouo aperiam. *Hora X-XI*.

IV) STRYKII Examen IVRIS FEVDALIS illustrabo. *Hora II-III*.

V) IVS CAMBIALE, praeunte HEINECCIO in *Elementis Iuris cambialis*, tradam. *Hora III. ad IV*.

VI) DELINEATIONEM PROCESSVS abs me editam, interpretabor, *diebus 6. et 7.* *Hora XI. ad XII*.

VII) DISPVTATIONES intra priuatos parietes, vt et REPETITIONEM consuetam, singulis septimanis, *horis hucusque solitis*, continuabo.

VIII) LECTIONES PVBLICAS, in STRYKII praecognita iuris, HOPPII commentario in *Inst.* adiecta, semestri hoc aestiuo, absoluaui. *Hora IX-X. diebus 8. et 9.*

Initium dierum collegiorum, XVI. Maii, finitis solennioribus nundinis, erit; finem vero singulis, *solis Pandectis exceptis*, si *Diuino Numini*, a cuius directione omnes actiones meae dependent, placebit, per *semestre aestiuum* imponam. Dabam *Lipsiae*, e Museo, *Dom. Iubilare*. A. R. S. CIO MDCC XXXXVI.


vd 18

ULB Halle
006 529 909

3







13720.

AB.

1746, 9.

DE
DEBITO
PRIMIPIILARI
DISSERIT
SIMVLOQE
GENEROSIS AC NOBILISSIMIS
IVRIVM CVLTORIBVS
COLLEGIA SVA
PER
SEMESTRE AESTIVVM HABENDA
INTIMAT
ABRAHAM KAESTNER
V.I.D. ET P.P.

